

Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

Art. II. Quas privationes & defectus, aut vulnera Adæ peccatum in
naturam humanam induxerit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](#)

praterquam quod, ut paulo ante dicebamus, in
credibile videtur. Eam in statu innocentia i-
gnorasse quod in statu naturae corrupta cuilibet
muliercula perspectum est, videtur impossibile
in illa actione separare deceptionem a nescien-
tia, quia Eva audivit serpente loquentem, &
illi respondit tanquam persona intelligentiae.
Ergo necessario purare debuit, illum quem au-
diebat, & ad quem loquebatur, intelligentem
esse. Ergo si cogitabat, illud solum esse animal
quod loquebatur, non habuit tantum nescien-
tiam, sed etiam judicium errorem circa natu-
ram & proprietatem, seu capacitatemanima-
lium,

16. Melius ergo respondeatur, Eam non putasse
solum esse serpente, qui loqueretur secum, sed
existimasse per serpente, aliquem spiritum an-
gelicum loqui: ideo autem non obfupuisse, quia
sciebat esse Angelos & spiritus incorporeos,
quorum alius per serpente fibi loqui pote-
rat. Ex illa tamen forma, non bonum esse spiritum
suspicari facile poterat, sed an bonus vel
malus esset non dijudicavit, toto animo & av-
iditate tam magnificis ejus promissis intenta.
Atque hanc sententiam indicasse videtur D.
Thomas infra quest. 94. art. 4. ad 2. Nam cum
secundo loco hanc ex verbis Augustini posuisse
objectionem, propterea Eam, auctore Ma-
gistro serpentiarum, non horruisse serpente
secum loquentem, quia officium loquendi ac-
cepisse eum a Deo putasset: solvens ipse postea
eam objectionem, sic ait: *Ad secundum dicendum
est, quod mulier putavit serpente accepisse loquendi
officium, non per naturam, sed aliquam supernaturali
operatione, quamvis non sit necessarium, autoritatem
Magistris sententiarum sequi in hac parte.*

17. Si vero quis querat cur diabolus serpentis
formam potius quam aliam quampliam afflum-
perit? Respondeat Magister sententiarum lib. 2
dist. 21. *Ne frus demonis nimis esset manifesta, in sua
specie ille non venit ne aperte cognitus, statim repelle-
retur. Ne nimis occulta eius frus non faciliter caveri
posset, non in alia forma venire permisus est, quam ser-
pentis, que nimis nimis detegenda malitiae admodum
congruebat, ut per illud quod fors erat, astutiam ten-
tantis facile posset feminis inadvertere. Voluisset
quidem demon in specie columba venire; hoc nempe,
ut animal innocuum & simplex, ad mulierem deci-
piendam congruentissimum diabolo suisset instrumen-
tum: sed non erat consentaneum & conveniens, ut
per immundum & malignum spiritum redderetur ho-
mini columba invisa & exosa, in cuius postea specie
spiritus Sanctus hominibus erat apparitus.*

18. Addo, serpentem congruens altitiae & mali-
tiae Demonis ad decipiendum hominem fuisse
instrumentum: serpens enim occulte, callide,
atque infidiose hominem mordet, & mortis qui-
dem lethali: idque facit non metu, non alioquin
incommode aut commodo suo ducit, sed natu-
rali odio hominis, & propensissimae ad ei no-
cendum naturae instinctu. Quod significavit
Scriptura Genes. 49. Jacob enim Patriarcha va-
tinatus de tribu Dan dixit: *Fiat Dan coluber in
via, Ceraastes in semita, mordens unguis equi, ut cadat
ascensor eius retro. Salomon quoque cap. 10. li-
bri Ecclesiastes: si nordeat, inquit, serpens insi-
tentio: nihil eo minus habet qui occulte detrahit.*

A

ARTICULUS II.

*Quas privationes & defectus, aut vulnera,
Ad peccatum in naturam humanam
induxerit?*

Dico primò, naturam humanam, per Adz 13
peccatum, justitiam originali, gratiam sanctifi-
cante, fide, spe, charitate, aliisque virtutibus &
donis supernaturalibus fuisse spoliata.

Probatur breviter: Cernum est de fide, Adz 14
mum per peccatum amisisse gratiam sanctifi-
cante, subindeque virtutes & dona, quae eam

B inseparabiliter comitantur: nam in Concilio
Arausiano can. 2. & Tridentino self. 5. can. 1
decernitur anathema his, qui dixerint primum
hominem per peccatum non amisisse sancti-
tem & justitiam, in qua conditus fuerat: Erle-
naeus 3. contra heres cap. 37. ait: *quod san-
ctitas Islam, quam primum parens accepit, a magis pro
inobedientiam: Chrysostomus etiam quest. 16.
in Genes. dicit quod primus homo fuit Angelus
restis in paradyso, gratia induitus, quod floslatus
diabolus: Sed Adam non solum pro se, sed etiam
pro omnibus suis posteris, gratiam & alias dona
supernaturalia amisit; cum enim esset capi-
torius humani generis, praedita dona a Deo ze-
ceperat, cum hoc pacto & conditione, quod si
non peccaret, ea cum natura transfundet
posteros; si vero peccaret, & de fructu verbo
comederet, illa non solum pro se, sed etiam pro
omnibus suis posteris amitteret: Ergo natura
humana per Adz peccatum, gratia sanctifi-
cate, fide, spe, & charitate, aliisque virtutibus &
donis supernaturalibus fuit privata.*

Dices, fidem & spem manuisse in Adamo post
peccatum, ut articulo precedenti diximus: Eg-
o per illud natura humana non contraxi illa-
rum virtutum privationem. Pater Consequen-
tia: nam humana natura eisdem & non aliis
perfectionibus spoliata est, quas Adamus pro te
& pro omnibus amisit.

Respondeo illas virtutes manuisse in Adamo,
ut perfectiones personales ipsius, non auctor
natura dona transfundenda in posteris cum
ipsa natura: unde licet Adamus ob speciem
indulgentiam ipsi ut persona particulari fa-
ctam, eas non amisit pro se, amuit tamen pro
nobis: & ideo per Adz peccatum contraxi-
mus debitum illis carendi, seu nascenti cum
privatione illarum. Et hoc in sensu intelligentius
est S. Prosper dum resp. 1. ad excerpta Ge-
nuenum probat contra Semipelagianos fidem
in posteris Adz perire, nec nisi ex dono Dei &
per gratiam Christi posse recuperari: quia A-
dam perdidit fidem, & quidquid ille perdidit,
posterioris eius in ipso perdidit. *Quomodo enim
(inquit) fides in Adam perdita, in quocumque filiis
eius inveniretur, nisi eam Spiritus Sanctus qui
omnia in omnibus operatur, infunderet? His enim
verbis solum declarare intendit, quod Adam
peccando amisit fidem pro nobis, & contraxi-
tum debitum carendi illa, non quidem in pri-
pria persona, cum infidelitas peccatum non
commisserit, sed in omnibus suis posteris.*

Ad maiorem hujus assertioneis intelligentiam 21.
ad 21.

advertisum est, quod licet peccatum primi parentis, omnes ejus posteri gratia sanctificante, nullità originali, & alius donis supernaturalebus spoliaverit, non tamen eos privavit exterior gratia, hoc est extrinsecum in beatitudinem supernaturem ordinatione, ac mediorum ad eam obtinendam sufficientium preparatio ne; unde adhuc in natura lapsa retinet homo elevationem seu destinationem Dei ad finem & ordinem supernaturem, qua non est in statu nature pure; sed hanc, usque dum natura per gratiam sanetur, seu reparetur, non ponit in ea aliquid intrinsecum.

Dico secundò, naturam humanam per Adæ peccatum dono integratam fuisse privatam.

Pater hec assertio ex dictis in precedentibus: Adamus enim non solum gratiam sanctificantem & iustitiam originalem, sed etiam donum integratam cum tali pacto a Deo acceperat, ut si non peccaret, illud transfunderet in posteros; si vero Dei preceptum de non comedendo de ligno vicino transgredieretur, non pro se tantum, sed etiam pro omnibus suis posteris, illud amitteret.

Addo quod, cum homo repugnans divino precepto, suam voluntatem deordinaverit, & à ratio in Deum ut ultimum finem ordine distrahit, equum fuit, ut in penam hujus inobedientie ac deordinationis, rectus ordo potentiarum hominis perverteretur, adeoque corpus spirituum, & pars inferior superiori reluctaretur. Vnde Augustinus: Posse aquam precepti facta est transversa, confessim gratiam deserente divinam, primi parentes de corporum suorum nuditate confusi sunt: posuerunt enim motum inobedientis carnis sue, tamquam reciprocum pœnam inobedientiae sue. Iam quippe maxima libertate in perversum propriâ delectata, & Deo designata servire, pristino corpori servitio restituuntur. Et quia superiore domum suo arbitrio defuerat, inferiorem famulum ad suum arbitrium continebat; nec eminio habebat subditam carnem, fore semper habere potuisset. Si Deo subiecta ipsa mansit. Et lib. 14. cap. 17. tractans verba illa Genes. aperti sunt oculi eorum, cumque cognovissent se genitos, hac scribit: Partabant oculi eorum, sed adhuc non erant aperti, hoc est non attenti, ut cognoscerent quid ei induitum gracie praefixeret, quando nubes eorum voluntati repugnare nesciebant. Quia gratia remorat, ut pœna reciprocâ inobedientia plementur, exitit in motu corporis quadam impudens virtus, unde esset indecens nuditas, & fecit attentos, nuditatemque confusos. Aperti sunt, inquit, oculi ambo, non ad videndum, nam & ante videbant, sed ad agendum inter bonum quod amiserant, & malum in quod cecederant.

Simili discursu uitetur S. Thomas opusc. 2. cap. 192, ubi sic ait: Quia tam ordinata integratissima causa datur ex subjectione humana voluntatis ad Deum, consequens fuit, ut subduci à humana voluntate à subjectione divina, deperiret illa perfecta subjectione inferiorum virium ad rationem, & corporis ad animalium: unde consecutum est, ut homo sentiret in inferiori appetitu concupiscentia, & ira, & contentum passionum inordinatos motus, non secundum rationem, sed magis ei repugnantes, & eam planaque obnubilantes & quasi perturbantes: & hac obrepugnatio carnis ad spiritum.

Dices: Eva per inobedientiam lapsa, non fuit contineat privata dono integratam: Ergo neque nos eo privavimus in penam inobedientia-

A primi parentis. Consequentia patet ex paritate rationis. Antecedens vero ex eo siadetur, quod toto tempore inter Evæ & Adami peccatum interlapsò, illa nec inordinatos concupiscentiæ motus, nec agentium contrariorum alterationes senserit, alioquin suam culpam agnoveret, neque ad esum pomi vetiti Adamum induxisset.

Propter hoc argumentum, Abulensis, Cajetus, & Catharinus, censuerunt per delicta personalia, quale fuit peccatum Evæ, fuisse quidem excludam gratiam sanctificantem, cum donis eam consequentibus, non vero donum integritatis.

Sed contra hanc solutionem & doctrinam militat discursus Divi Thomæ jam relatus: cum enim gratia sanctificans aliorum donorum, quibus homo in statu innocentia gaudebat, basis & origo existeret, & integratam naturam cauferetur ex subjectione humana mentis ad Deum, ista per peccatum destrutta, illa nullatenus stare potuit. Vnde melius responderetur negando Antecedens. Ad cujus probationem in primis dicit potest, probabile esse quod Eva, priusquam Adamum sui criminis socium haberet, quosdam inordinatos appetitus inferioris motus passa & experta sit; quorum tamen causam non investigavit, nec ullum ex iis ruborem concepit, quia suam omnem cogitationem ad pomum esum marito siadendum convertit: unde licet comestu pomo, scientiam boni & mali, quam serpens ei promiserat, adeptu non sit, tandem ad hoc non advertit. Deinde dico, quod licet Eva, statim post peccatum, integratam donum privata fuerit, non tamen oportuit ut statim sentiret inordinatos motus naturæ lapsæ; non enim homo semper illos sentit aut experitur, quia vel non semper eorum occasiones sese offerunt, vel his attendere non vacat.

Dico tertio: Primò parentes post inobedientiam, & omnes eorum posteri, dono immortalitatibus & impassibilitatis, quo natura humana in statu innocentia gaudebat, privati sunt, & variis miseriis ac ærumnis, mortique facti obnoxii.

Patet ex Scriptura, Deus enim dixit Adæ Genes. 3: Quia audisti vocem uxoris tuae, & comedisti de ligno, ex quo precepere a te ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes cunctis diebus vita, in sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec revertaris in terram de qua sumpus es, quia pulvis es; & in pulverem reverteris. Quæ verba expendens Augustinus lib. 13. de civit. cap. 15. ait: Inter Christianos qui veraciter Catholicam fidem tenent, confitare, etiam ipsam corporis mortem non contigisse nobis lege naturæ, sed merito inflictam esse lege peccati; quia peccatum vindicans Deus dixit primo homini, in quo tunc omnes eramus: terra es, & in terram ibis. Hinc Isidorus in libro Etymol. notat quod mors à mordendo dicitur, quia cum primus parentes fructum vertutum momordit, per mortum mortem incurrit. Observat etiam Origenes homil. 6. in Leviticum, Deum Adæ & uxori ejus, post transgressionem, tunicas pelliceas fecisse, idoneas scilicet vestiendis peccatoribus, ut quæ mortalitatis, cui propter peccatum fuerat homo subiectus, & fragilitatis, quæ ex carnis corruptela oritur, judices ac testes essent.

Dico quartò: Homo per peccatum originale non solum donis illis gratuitis, quibus in statu inno-

innocentia erat ornatus, spoliatus est, sed etiam in potentissimis naturalibus vulneratus.

Colligitur ex Scriptura & SS. Patribus: dicitur enim Isaiae 1. Omne caput languidum, & omnem cor maren, à planta pedis usque ad verticem, non est in eo sanitas, vulnus, & livor, & plaga tumens. Et Ps. 40. Sana animam meam, quia peccavi tibi. Ubi Augustinus: Quid sanatur (inquit) si nihil est vulneratum, nihil sanctificatum, nihil debilitatum, atque vitiatum? Item Bernardus in eundem sensu præclare ait: Cecidimus omnes in Adamo simul in lutum, & super acervum lapidum: unde & coinqutatis sumus originali culpa, sed & collisi, & confracti, & in omniis viribus graviter vulnerati.

29. Ad id etiam allus Christas. Lucæ 10. in parabola hominis descendenter ab Ierusalem in Ierico, de quo ait incidere in latrones, qui expoliaverunt eum, & plagi impositis abiecti sunt, semivivo relicto. Nam SS. Patres hanc parabolam exponentes, observant quod in ea describuntur sex mala, in qua homo per peccatum originale incidit. In primis enim illud hominem à Paradiso expulsi: unde dicitur, homo quidam, scilicet Adam, vel genus humanum, descendebat, nimirum per culpam, & vel quia ascenderat per superbiam, descendebat per ponam & misericordiam: ab Ierusalem, qua interpretatur visio pacis, nam antequam peccaret, erat in visione pacis, hoc est in Paradiso terrestri, ubi quidquid videbat, erat pax & latitia, ut ait Augustinus. Descendebat ergo à visione tristis pacis, scilicet à Deo per obedientiam, à seipso per innocentiam, à toto mundo per predominationem. Unde Gregorius 4. Dialog. cap. 1. Postquam, inquit, de Paradiso gaudie, culpa exigente, expulsus est primus humani generis parentes, in hujus cœtitatu atque exili quam patimur venit arumnam: quia peccando extra semetipsum fatus, iam illa celestis patria gaudia, qua prius contemplabatur, videri non posuit. In Paradiso quippe affuerat homo verbi Dei perfrui, & beatitudine Angelorum spiritibus, cordis munditiae & celsitudine visionis interfere. Sed postquam hic cecidit, ab illo quo implebatur mentis lumine recessit.

Secundo peccatum originale non solum expulsi hominem à Paradiso, sed etiam illum in miserias & defectus hujus mortalitatis detruxit: unde dicitur, quod descendit ab Ierusalem in Ierico: nam Ierico luna interpretatur, & defectum nostræ mortalitatis significat; quia sicut singulis mensibus Luna decrescens deficit, ita & vita nostra mortalitatis singulis momentis deficiens, quotidie evanescit.

Tertiù peccatum subjecit hominem diabolice potestati; quod significatur per verba sequentia: Et incidit in latrones: ut enim dicit Ambrosius, hanc parabolam exponens: Qui sunt isti latrones, nisi Angeli mortis & tenebrarum, in quos homo non incidet, nisi eis mandati celestis devitus, se faciet obnoxium?

Quartò idem peccatum hominem spoliavit donis gratuitis: quare additur, qui spoliaverunt eum, indumentis scilicet gratia, integratitate, & justitiae originalis, ut explicat idem Ambrosius. Unde Genes. 3. dicitur quod Adam & Eva post peccatum cognoverunt se esse nudos; & Chrysostomus quæst. 16. in Genes. ait: Primus homo fuit Angelus terrenus in Paradiso, induitus, quæ spoliavit eum diabolus. Demum Laurentius Justinianus serm. de S. Joanne Evangelista, ait quod Adam unius peccati consensu, immensas anima & cor-

A por, spirituales anisit divitias: innocentia, quippe candorem, immortalitatem, solam carnis incorporeitatem, anima puritatem, contemplationis dulcedinem, spiritus libertatem, regnum celorum, angelorum contubernium, amicitiam Dei perdidit.

Quinque, peccatum vulneravit hominem in naturalibus; quare additur, Et plaga impensis abiuerunt: Peccata enim (inquit Beda) dicuntur plaga, quia bis natura humanae integritatis violatur.

Denique idem homo dicitur semivivo reliquo, vel quia anima immortalis est, corpus vero mortale, ita ut medietas hominis morti succumbat: vel quia, ut alii interpretantur, libertas arbitrio per peccatum originale immunita quidem est, sed non totaliter extinguitur.

B Potest etiam suaderi conclusio ratione quam habet D. Thomas 1.2. quæst. 8. art. 3. Sicut in corpore humano vulnus dicitur, quando inter partes continuas & unitas sit aliquaruptio vel divisio; ita in anima merito appellatur vulnus ruptio illa vel divisio, qua per peccatum in eis potentissimam facta fuit, dum ab ordine rationis, cui per iustitiam originalem, donumque integratitatis, erant perfecte unitæ, fuerunt divisa & separata per destitutionem praediti ordinis. Unde cum per peccatum originale quartuor principes potentia proprio ordine ad objectum destitutione sint; nimirum intellectus, qui destitutus ordine ad verum; voluntas, qua destitutus ordine ad bonum honestum & rationi consonum; concupiscentia, qua destitutus ordine ad delectabile moderatum ratione; & irascibilis, qua destitutus ordine ad arduum & difficile, ne promptac expedite seratur in illud; quatuor sunt vulnera homini per tale peccatum inflicta, nempe vulnus ignorantiae, quo hebetatur ratio ad cognitionem veri, vulnus malitiae, quo voluntas retardatur à prosecutione boni honesti; vulnus concupiscentiae, quo appetitus concupisibilis exardescit, & immoderate fertur in bonum delectabile contrarium rationi; & vulnus infirmitatis, quo irascibilis ad prosecutionem bonitatis languet & torpescit.

C Ubi observandum est, illa vulnera non possunt in ipsa substantia animæ, in qua peccatum originale residet, sed in potentissimis, ubi sunt eius effectus: quia tale peccatum secundum suam effectum non potest propriè dici vulnus, sed potius infirmitas vel languor naturæ, ut patet S. Thoma 1.2. quæst. 8. art. 1. per illud enim motus homini infirmatur & languicit; vulnera autem dicuntur peculiares quidam defectus, qui in aliis partibus consequuntur, velut quaedam infirmitates particulares. Sicut enim non appellamus vulnus febrim, quæ totum animal labrat, quæque residet in corde, ubi est principium vita, sed vocamus illam languorem & infirmitatem; vulnera vero sunt quibus leditur hoc vel illa pars determinata: ita respectu peccati id quod inficit substantiam animæ, ubi est principium supernaturalis vite, & quæ pro toto homine supponit, non debuit appellari vulnus, sed languor, vel infirmitas; nomen autem vulneris relinquunt debuit illis defectibus, quibus partes ipsius animæ, scilicet potentia, deordinantur & lœduntur.